# ELECTO
## Ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem
## D. CARDINALI COLVMNÆ ROMANO
### SVFFICITVR
## D. Cardinalis Cæſar Montius Mediolanenſis.

VRBANVM PATREM, AMBROSII quem Præſulis Vrbi
Præficeret, Superos conſuluiſſe reor.
AMBROSIVM ſolidæ pondus dixiſſe COLVMNÆ,
Et CAROLVM celſi, non niſi MONTIS onus.
Cæleſtûm à Summo Romana Parente COLVMNA
Non sâtis impleto ſumitur eloquio;
Scilicet in Te vno MONTIS ſimul, atq; COLVMNÆ
Quæcunque exquirant Æthera, CÆSAR, habes,
Conſpicuus, magnus, præſtans, & frugifer vnus;
Et nitidus, ſtabilis, rectus es, ac ſolidus.
Firma COLVMNA, reges cæleſtûm pondera rerum,
MONS Vrbem, CÆSAR pacifer Imperium.
Vrbs igitur MONTEM, ſeu malit noſtra COLVMNAM,
Aptus IN VTROQVE hoc munere, CÆSAR, eris
Ingenio Pindus, verbo Hybla, & viribus Atlas,
Alcidiſq; duplex ipſe COLVMNA venis.
Iam non Alcides; at NON PLVS audeat VLTRA
Quâm CÆSAR, poſthac Sæcula cuncta legant.

año de 1632. que murio ſu padre, haſta el tiempo preſente, y que ſus ombros no podian ſufrir el peſo ... Coronacion del nueuo Rey, quando la Reyna Chriſtina ſe retirò de la Ciudad de Ipſal a 17. de Iunio del dicho año, y hazien-

# EMIN.MO D. CARDINALI MONTIO
## De ſuâ ſubſtitutione in Archiepiſcopatu Mediolanenſi.

ANtiſtes FEDERICVS obit, Populiq; ſeneſcit,
Et Cleri (heu fatear) mens pia, cruda viret.
Labitur infectis Virtus ſub moribus, audet
Flagitium, gaudet culpa, ruitq; Fides.
MAXIMVS exitium ſpectans VRBANVS ab Vrbe,
Remedium veniat firma COLVMNA iubet.
Ah mâgis (exclamat Pietas) Pater obruor, vnus
Quàm mihi proſpiciat, ſufficiatq; lapis.
Quod sâtis haud poſſet *nutans* fulcire COLVMNA,
Altiùs erigitur Vertice MONTIS *onus*.
Roboris ergo tui ſunt hæc præludia CÆSAR,
Orbis vt edoctus pondus ab Vrbe feras.

## Vaticinium D. Cardinali Montio.

ROmæ vel CÆSAR dicâre, aut MONTIVS, almâ
Vtroq; augetur nomine in Vrbe decus;
CÆSARVM enim numero Te, & ſeptem MONTIBVS addis,
Octauum mox Miraculum, & Orbis eris.

# In cunctis Cæſar.

263 325 305

SVPREMO Cauſas referas vel in Vrbe PARENTI,
Inde vel Orator Parthenopæus eas,
Munere fungaris vel Præſulis Antiochiæ,
Vel ſis extremæ Nuntius Heſperiæ,
Vrbis vel patriæ Antiſtes, vel Purpuratorum
De numero; ſemper CÆSAR es eximius.
Priſcus IN VTROQVE hìc vileſcit CÆSAR; in omni
Ingenium dum Tu munere CÆSAR habes.

Publicis indictis Precibus Sicco Vere Pluuiam impetrat.

Vecors in Superos Populus diuina lacessit
Flagra, nec irati sustinet Arma IOVIS.
Æmulus effreno Taurus sub Vere Leoni
Naribus æstiuas efflat ab Orbe faces,
Nec Pluuias Hyades, nec fert nimbosus Orion,
Nec gelido Noctis germina Rore madent;
Unde arescant Segetes, Sol torret Aristas,
Siccat Aquas, urit Iugera, uastat Opes;
At IOVIS Antistes detorquet MONTIVS iras,
Et pluit, exundant Flumina, Terra uiret.
Quidquid aues referes supremo ab Numine, Præsul,
Qui iunctum Imperium cum IOVE CÆSAR habes.

año de 1632. que murio ſu padre, haſta el tiempo preſente; y que ſus ombros no podian ſufrir el peſo nueuo Rey, quando la Reyna Chriſtina ſe retirò de la Ciudad de Ipſal a 17. de Junio del dicho año; y hazien-

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]